



Kern 86
(1-54; a-g)

(34)
CONSPECTVS
LABORVM

QVOS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE VERNALE
IN
STVDIOSAE IVVENTVTIS INSTITVTIONEM
IMPENDERE CONSTITVERVNT
PRORECTORE MAGNIFICO
IOHANNE FRIDERICO STIEBRITZ,
PHILOSOPHIAE, OECONOMIAE, POLITICAE ET CAMERALIVM
PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO, ET REGIORVM ALVMINORVM
EPHORO.



P. P. d. XXV. MART. MDCC LVIII.

HALAE MAGDEB. LITTERIS KITLERIANIS.



ACADEMIAE
LECTIONES PRORECTORIS, DIRECTORIS

AC

PROFESSORIS MATHÉSEOS ET PHYSICES PRIMARIÆ



JOHANNES FRIDERICVS STIEBRITZ per semestre æstivum hor. IX-X. *Metaphysica Wolfiana* præcepta; & hor. X-XI. fundamenta *Linguae hebraicae* ad ductum *Danzii* tradet; hora vero II-III. *Psalms* & *XII. Prophetas*. quos *minores* vocant. ex fonte interpretabitur. Sument hæc Lectiones initium finitâ Nundinâ Lipsienfisibus.

JO. ERN. FLOERCKE publice h. IV-V. *Praenotiorum* suarum *Iurisprudentiae ecclesiasticae* explicationem paulo ante confecturum praefectiorum reliquarum initium inchoabit, id quod ex tabulis publicis indicabitur. *Primum* vero hora VIII-IX. vacabit interpretationi *Iurisprudentiae Romano-Germ. forensis Struvianae*. Hora IX-X. commentabitur ad B. BOEHMERI *Institutiones Iuris Canonici* & h. XI-XII. *Ius Publicum S. R. I.* secundum ILL. MOSERI *Grundriß der heutigen Staatsverfassung des teutschen Reichs* præleget. Denique h. III-IV. *Collegio Processuali-Elaboratorio* ad B. KNORRI *Anleitung zum gerichtlichen Proceß* erit destinata.

JO. ANDR. DE SEGNER publice *EVCLIDIS Data* explicabit hora II, ac quia libellus in paucorum manibus est. Propositiones eius, cum demonstrationibus contractis, ostendit. *Primum* hora XI. tradet *Analyfin finitorum* secundum *Elementa* sua nuper edita: atque hora III. *Elementa Arithmeticae, Geometriae ac Calculi Geometrici*, demum percurret.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS priorem epistolam ad *Timotheum* interpretabitur, cum *exegesi* monita pastoralia coniuncturus. *Paraeneticis* horis perget in tractanda *Idea Studiosi Theologiae*, & *asceticis* porro nonnullos *Psalms* explicabit, vsumque hoc inprimis tempore ex illis capiendum, demonstrabit.

CHRISTIAN. BENEDICT. MICHAELIS hora XI. priores *Pentateuchi* *Mosaici* libros, *Genesis* & *Exodum*, ex *Hebraeis* fontibus explicabit: Hora vero III. a meridie *historiam passionis* & *resurrectionis dominicae* ordine harmonico secundum tres priores *Euangelistas*, & hac ad finem perducta, integrum *Ioannis Euangelium* dilucidare studebit.

JO. HENR. CALLENBERG versatur in explicatione *Jeremiae*, coque absoluto, ad *Prophe-tias minores* se conferet: caeterum, pro auditorum delectu, vel *Historiam ecclesiasticam* N. T. paratus est tradere, vel *Hermeneuticam* sacram.

JO. GEORG. KNAPP, 1) *Theologiam dogmaticam* rursus aufpicabitur, *primam* illius *partem* hac aestate tractaturus. 2) *Theologiam* quoque *moraalem* explicabit, suoque tempore auditores de instituti ratione edocebit. 3) *Die Domini* h. V. in *asceticis* perget.

JO. SAL. SEMLER, b. e. Deo perget in tradenda *theol. dogmatica, polemica & morali*, quam inter & *historiam ecclesiasticam* partietur: quemadmodum etiam aliquot horas *lectionibus hermeneuticis*, alias vero quasdam *exegeticis* in breuem epistolam tribuit. De horis existabit indicium.

IVRL

IVRIDICAE.

IO. TOBIAS CARRACH priuatim 1) ad B. BÖHMERT *Introductionem in Jus Digestorum commentariorum Romani & Germanici Juris Differentias* sedulo tradet horis confectis, quae ad praxin forensim auditoribus rite praeparantur. 2) *Jurisprudentiam Criminalem* ad PERILL. DNI IO. SAM. FRID. BÖHMERT *Elementa* explicabit hor. III. Praeterea 3) collegio *Processuali elaboratorio* tum *civilis* 4) tum *criminalis*, nec non 5) manuactione in conficiendis *relationibus* interservit illis; quibus cum eodem haec de re ante collegiorum initium conveniet.

DANIEL NETTELEBLADT in *publicis* lectionibus sua praecognita *universae eruditionis generalia* hora IV-V interpretabitur. *Privatim* commentabitur hora VIII-IX, ad EISENHARTI *Jus Germanicum priuatum*; hora IX-X, ad Part. I & II, sui *Systematis Jurisprudentiae naturalis*; hora X-XI, ad KOCHII *Institutiones juris criminalis*; hora XI-XII, ad SERVII *Elementa juris feudalis*.

PHIL. IAC. HEISLER 1) LUDOVICI *Doctrinam Pandectarum* horis VII-VIII, X-XI, II-III, 2) Perilli, SAM. FRID. BÖHMERT *elementa Jurisprudentiae criminalis* hora VIII-IX, 3) HEINECCI *Institutiones* hora XI-XII, explicabit.

IO. CHRIST. WILH. STECKIVS: *Jurisc. et Antecessor* semestri, quod instat, aestivo. hora VIII-IX. *Historiam Juris Romani et Canonici* enarrabit, adhibiturus IO. AVG. BACHII V. CL. elegantissimum libellum: *Hist. Jur. Rom.* 8. Lips. 1753. it. B. IO. GE. FERTSCHII *Historie des Canonischen Rechts*, 8. 1753. Hora IX-X. Praefantissimam *Hermeneuticam Juris* a CHR. HENR. ECKARDE concinnatam explicabit. Hora X-XI. *Historiam saecularem* inter Gentes Populosque Europae, inde a tribus Saeculis percursuram tradet. Hor. XI-XII. *Praxin Juris Gen. et Publicae*, die *Cansleye Staats- und Nidker. Rechts* Praxin docebit adhibiturus IO. IAC. MOSERI, *Vir. Ill. Einleit. zu den Cansleye-Rechts- und Staatsgeschäften*, 8. 1750. Hora III-IV. *Artis Diplomaticae* praepcepta proponet secundum CHRIST. HENR. ECKARDI *Intrad. in artem seu rem Dipl. Germ.* 4. 1753. editam, cum auditoribus ea omnia communicaturus, quae ex *Mabilionio*, Abbate *Bessello*, *Benedictinis Congreg. St. Mauri Monachis*, *Ludewigio* aliisque collegit.

MEDICAE.

JO. JUNCKER *publicis* lectionibus chirurgiam medicam continuabit, & absoluta vicerum doctrina *zulnerum* curationem docebit. *Privatis* scholis *therapiam specialem* de novo incipiet, & memorabilis exemplis morbos illustrabit. *Privatissimum* autem Studium cum provecutoribus auditoribus in collegio clinico more consueto perpetuabit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER *publice*, diebus ac horis haecenus confectis, commentabitur in celeberrimi Altorfni Medici, D. BAIERT, *Introductionem in Medicinam forensim. Privatim* hora matut. VII, ad VIII. *Pathologiam specialem* explanabit; hora VIII, ad IX, & X, ad XI. *Therapiam specialem*, junctis simul necessariis regulis & cautelis practicis, in morborum curationibus observandis, perspicue tradet, & hora XI, ad XII. *vires aequae usum compositionum medicamentorum*, juxta recepter auctas *Praelectiones* B. SCHVITZII in *Dispensatorio Borussio-Brandenburg.* exponet, singulosque hos labores finitis nundinis, d. r. Maii auspiciabitur.

FRIDERICH HOFFMANN P. P. O. *Publice* hora IX-X. *physiologiam* docebit, *privatim* vero hora X-XI. *pathologiam* praefaget. Initium harum lectionum erit die 1. Maji mensis.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER *publice* hora X. *institutiones physiologicas* Cael. LUDWIGII explicabit. *Privatim* horis confectis pomeridianis *Chirurgiam* tam medicam, quam manuleam cum fasciarum & instrumentorum applicatione pertractabit; adfectus mulierum explicatione pathologica illustrabit; neque is deerit, qui collegium medico- legale ab ipso desiderabunt.

JO. PET. EBERHARD h. II-III. *Physiologiam* exponet ad ductum T. I. *Conspr. Med. Theor.* a se editi. *Pathologiam* quoque & manuactionem ad clinicas exercitationes tradet. Reliqua Collegia erunt philosophica.

PHILOSOPHICAE.

CHRISTIAN. BENED. MICHAELIS praeter labores in praefectionibus theologice indicatos, hora X. post chaldaizantem Danielis prophetiam, quam nunc sunt, librum *Esdrae* itidem chaldaizantem superadet.

JOANNES JOACHIMVS LANGE *publice* hora VII. matutina *Mathesin puram*; *privatim* autem hora I. *Physicam*, & hora IV. *Chemicam* utramque dogmatico-experimentalem docebit. Commodis horis *Geometriam praedicam* explicabit, & horis pomeridianis die sabbathi exercebit; nec deerit *Historiam naturalem* desiderantibus.

ANDR. ELIAS BÜCHNER *publicis* in *praefectionibus* explanabit *Cosmologiam* & doctrinam de *Elementis*; *privato* autem studio occupatus erit in enodanda illa *Historiae naturalis* parte, quae *animale* complectitur *regnum*, horasque laboribus haecae destinandas consueto tempore seorsim indicabit.

FRIDERICVS WIDEBVRG a X-XI. tradet *Historiam Universalem ad Vrsendorffium*, ab XI-XII. *Historiam Imperii ad Schmauffii* historisches Jus Publicum, adjicet, commoda Dominis Commilitionibus hora *Historiam* recentiore. Siquidem supremus fatorum nostrorum arbiter vires vitamque elementissime prorogaverit. Initium erit finitis nundinis Lipsiensibus.

JO. HENR. CALLENBERG *Rabbinicae* & recentioris *Judaeorum* litteraturae institutione interserviet cupidis, ac, data occasione, in aliis quoque *orientalis Philologiae* partibus.

GE. FRID. MEIER docebit hor. IX-X. *Jus Naturae*, & III-IV. *Logicam* ad ductum *Compendii* sui; *privatissime* hor. X-XI. *Aetheticam*.

CHRISTIANVS WEBER 1) *Ethicam philosophicam* Per-III. L. B. DE WOLFF 2) *Metaphysicam Eiusdem* 3) *Logicam* B. CORVINI & 4) *Mathesin puram* juxta compendium WOLFIANVM docebit.

EXIRA.

EXTRAORDINARIAE.

GOTTLIEB ANASTASIVS FREYLINGHAVSEN in scholis exegeticis post tractatam lucus-que cum theoria hermeneutica, epistolam prioram ad Timotheum, posterioris explicationem suscepit. Constituit *praeterea* libros symbolicos ecclesiae nostrae illustrare, & simul horas aliquot praecipis homileticis impendere, ad ipsiusque etiam usum, delectum veteranorum commilitonum numerum deducere, elaboratos ab iis sermones sacros sub amicum renovaturus censuram. Tandem disputationes dogmaticas, prouti adhuc confuevit, bis per hebdomadam insituet, nec iis, qui examina theologia desiderauerint, desistat.

JOANNES FRIDERICVS JOACHIM hor. IX. *Jus feudale*, ad doctum *Elementorum B. WOLFFI*, tradet; Hor. XI. *Jus publicum Imperii Germanici*, praecente Illustri MASCOVIO, enucleabit; Hor. III. *Historiam Sacri Romano-Germanici Imperii*, ad filium introductionis suae, proponet, & Hor. IV. *Historiam Vniuersalem Regnorum Europa*, ad seriem compendii sui, pragmaticae enarrabit. Quarum lectionum initium erit finitis nundinis Lipsiensibus.

CAROLVS FRIDER. PAULI Hor. VII. Hist. Vniuers. ad Gebaueri Grundriss. Hor. III. Notitiam Germaniae generalem. Hor. IV. Historiam S. R. I. ad Schmauffi Historisches Jus Publicum docebit.

IOANNES PHILIPPVS CARRACH 1) publice hora VIII. matutina *Principia Juris Publici Germanici* praecente Ill. DN. IO. IAC. MASCOVIO ex legibus, quae fundamentales disuntur, & obferuantia Imperii docebit, cui rei eo magis satisfaciet, quo magis praeccepta tradenda haud semel Aularum & Ministeriorum publicorum tulerunt calculum. *Privatim* autem 2) hora IX. *Historiam Imperii Germanici* duce B. BVRC. GOTTH. STRVUIO ita enarrabit, ut solida gestorum cognitio iis, quae ignorantia eorumdem patuit ac asit, monitis iurisprudentiali publicam etiamnum vastantibus apta possit esse destruendis. Porro 3) hora X. fundamenta *Rei diplomaticae* ad filium compendii a CLEB. DN. IO. FRID. JOACHIM concinnati ulteriori illustrabit commentatione. Denique 4) hora XI. B. HEINECIVM secutus ordine *Institutionum* doctrinae elementorum iurisprudentiali priuatae Romanae, Germanicae ac Brandenburgicae vacabit.

D. ERNEST. FRIDER. KNORRE 1) hor. IX-X. PERILL. BOEHMERI *Elementa Jurisprudentialiae criminalis*, nec non hor. XI-XII. HEINECCH *Elementa Juris civilis secundum ordinem Institutionum* interpretabitur. Tandem 2) hor. I-II. die sabbathi *Exercitium disputatorium* continuabit.

D. HENR. CHRIST. ALPERTI per instant: semestre aestiuum Fundamenta botanicae publice praeleget, priuatim autem hora VIII-IX. Botanicam, hora IX-X. Physiologiam, & hora X-XI. Pathologiam docebit. Initium harum lectionum ex valvis erit indicandum.

D. FRIDER. LEBER. SVPPRIAN hoc semestri aestiuo infantum morbos publice praeleget; priuatim vero physiologiam & pathologiam generalem ad Schulzii ductum pertractabit.

D. ERN. ANT. NICOLAI publice vitia oculorum optica explicabit, priuatim vero hora VIII-IX. physiologiam, hora IX-X. pathologiam tam generalem quam specialem, & hora X-XI. semioticam docebit.

F. C. JVNCKER publicum studium diebus mercurii & saturni hora X-XI. in explicanda semeiologia impendit, priuatis vero lectionibus hora XI-XII. Physiologiam docebit, & hora II-III. Materiae medicae subiecta monstrabit, eorumque vires & usum explicabit.

D. JVST. ISRAEL BEYERVS, fauente Summo Namine, redintegrit lectiones suas epistolicas, oratorias, philosophicas. *Cursum*, quem vocant, *philosophicum* suscipiet el. BAVMEISTERO praecente. *Artem docendi* tradabit ad ductum celeberr. GOTTSCHEDII. *Epistolographiam* docebit hora VIII. publice; priuatim vero exercebit per cuncta epistolarum genera, quas emendabit sollicitate. Praeterea elaborabit, ad cuiusvis instantiam, *carmina, orationes, epistolas* scriptaque alia. De quibus plura coram omnibus.

JO. PET. EBERHARD, in philosophicis collegiis tradet h. VIII-IX. *mathesin puram*, h. IX-X. *mathesin applicatam*, vtramque duce b. WOLFFIO. Hora I-II. *Physicam* theoreticam & experimentalem in proprio compendium.

F. W. ELLENBERGER tradet Cel. Boehmii ductu *Metaphysicam* hora IX-X; Theologiam Naturalem theticae & polemicae hora IV-V; Linguam hebraeam tam critico grammaticali libri alienicus Veteris Testamenti expositione h. V-VI., quam commentatione in librum suum: *Sunsi sich mit der Hebraischen Sprache zu beschäftigen*. Publice hora II-III. die Sabbati. Habitat & legit in platea dicta *Steinstrasse dem Israelischen Hause*.



(34)

CONSPECTVS LABORVM

QVOS

PROFESSORES

ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE

PER SEMESTRE VERNALE

IN

STVDIOSAE IVVENTVTIS INSTITVTIONEM

IMPENDERE CONSTITVERVNT

PRORECTORE MAGNIFICO

IOHANNE FRIDERICO STIEBRITZ,


PHILOSOPHIAE, OECONOMIAE, POLITICAE ET CAMERALIVM

PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO, ET REGIORVM ALVMNORVM

EPHORO.



P. P. d. XXV. MART.



HALAE MAGDEB. LITTE

